Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& non homo. & opprobrium hominum · & abiec
to plebis · Omnes uidentes me deriserunt me · locu
ti sunt labiis & mouerunt caput · Speraui
t in dño eripiat eum · saluum faciat eum · quo
niam uult eum · Quoniam tu es qui extraxisti me de
uentre · spes mea ab uberibus matris meae · in te
proiectus sum ex utero · De uentre matris meae
deus meus es tu · ne discesseris a me · Quoniam
tribulatio proxima est · quo non est qui adiuuet
Circumdederunt me uituli multi · tauri pingues
obsederunt me · Aperuerunt super me os suum ·
sicut leo rapiens & rugiens · Sicut aqua effusus
sum · & dispersa sunt omnia ossa mea · Factum est
cor meum tamquam cera liquescens · in medio
uentris mei · Arui tamquam testa uirtus mea ·
& lingua mea adhesit faucibus meis · & in pulue
rem mortis deduxisti me · Quoniam circum
dederunt me canes multi · concilium malignan
tium obsedit me · Foderunt manus meas et
pedes meos · dinumerauerunt omnia ossa mea ·
Ipsi uero consideraueruntque & inspexerunt me ·